…lusiones

Crac. Fratrum min. strict. Observ. in Conventu Crac. ad s. Casimirum: Quaestiones theologicae de altissimo sanctiss. Trinitatis arcana.

16[illegible]



CONCLVSIONES THEOLOGICÆ, DE Altissimo Sanctissimæ TRINITATIS ARCANO.

ÆD

mentem Doctoris Subtilis Concinnatæ.

aaa.

I



Mmēnſa Omnipotentis Dei circa hominem prc dentia, quē ad imaginem & ſimilitudinem ſuā creau videns quod prototypum ſuum, viribus naturæ, n dum clarè & euidenter, ſed nec probabiliter quide (intelligendo per opinionem probabilem, illam, c ius motiuum eſt veriſimilius motiuo opinionis opp ſitæ) cognoſcere poſsit; eidem reuelauit dari Sanctiſsimam Trin tatem, ſeu tres verè ſubſiſtentes Perſonas in Diuinis realiter d ſtinctas, quarum quælibet, Pater ſcilicet, Filius, & Spiritus Sanctu eſt verus Devs, habentq; vnam & eandem numero eſſentiam, ſ Naturam Diuinam.

II

PRoceſsiones ſeu Productiones in Diuinis duæ & non plures da tur; & non egrediuntur immediatè ab eſſentia Diuina ſola, diſtinguitur ab intellectu & voluntate, nec tanquam à principio Quo nec tanquam à principio Quo; ſed Proceſsio Filij egreditur ab ſentia & intellectu, tanquam à principio Quo: Spiritûs Sancti ve proceſsio, egreditur á ſola voluntate tanquam à principio Quo.

III

INtellectio & volitio Diuina, non ſunt principia Quo proceſsi num Diuinarum: nec ſunt ipſæmet proceſsiones Diuinæ: ſed pr ceſsio cuius eſt principium intellectus, eſt relatio generationis; q vocatur Dictio, quatenus eſt productio verbi: & proceſsio cui principium eſt voluntas, non eſt amor, ſed relatio ſpirationis ac uæ. Quæ proceſsiones Diuinæ, vt diſtinguuntur inter ſe, habe pro termino formali proprietates conſtitutiuas Perſonarum prod ctarum: vt verò diſtinguuntur ab alijs quibuſcunq; proceſsionib

cre

eatis, pro termino formali, tam bene possunt dici habere essenti-n Diuinam, quam proprietates illas: distinguuntur autem inter nedum numero, sed etiam specie, vel quasi specie; conueniunt men vniuocè in ratione processionis Diuinæ vt sic.

IV.

DAntur proprietates constitutiuæ in Diuinis, quibus Personæ Diuinæ non solum secundum quod à nobis concipiuntur, sed etin secundum esse quod habent à parte rei, distinguuntur & constituntur: ac etiam relationes originis, quæ sunt reales quoad esse & quoad esse ad; suntq; tantum quatuor. Ex quibus quatuor ationibus, Paternitas, Filiatio, & Spiratio passiua distinguuntur liter: Spiratio verò actiua non distinguitur realiter à Paternita & Filiatione, sed solum à Spiratione passiua.

V.

PRobabilius est quòd Personæ Diuinæ per se primo constituantur per relationes formalissimè sub conceptu relationum, idq; n secundum esse Ad, quam secundum esse In: constituuntur au-n per eas nedum in ratione talium, scilicet Patris, Filij, & Spi-s Sancti, sed etiam formaliter in ratione Personarum non con-iunt verò Personæ Diuinæ in ratione Personę vt sic, aliter, quàm singu-ia omnia in ratione singularis vt sic.

VI.

Elationes originis in Diuinis formaliter cõsideratæ, dicũt perfectionem infinitam; & nullo modo distinguuntur ab originibus. Præ- tres quippe subsistentias relatiuas, datur in DEO subsistentia abso- communis tribus Personis Diuinis.

VII.

VII.

NOmen Patris notionaliter & propriè sumptum, soli prim Personæ improductæ competit, sumptum verò essentialiter & impropriè, quatenus dicitur de DEO in ordine ad creaturas, est com mune omnibus tribus Personis: Ingenitum quoq́, seu Innascibil prout dicit negationem omnis omnino productionis in aliquo supp sito seu substantia vt Quod & vt Quo, est proprium Primæ in De itate Personæ; fundaturq́; defacto in Paternitate Diuina, id est se quitur necessariò ad ipsam, non quidem formaliter sub ratione Pa ternitatis, sed sub ratione entitatis hypostaticæ primæ.

VIII.

PAter est verè & propriè principium, nedum creaturarum, se etiam ad intra respectu Personarum Diuinarum; neutro tame modo est illi soli proprium illud nomen? qui etiam volens generat Fi lium, & quidem volitione aliquomodo priori quam sit ipsa gene ratio, nec tamen prius ad eam terminata quám sit generatio: ne quæ sit principium Quod aut Quo proximum aut remotum gene rationis, nec etiam prius competente Patri quam sit generatio.

IX.

NOmen Filij est proprium nomen secundæ in Diuinis Persona ipsiq́; soli inter Personas Diuinas conueniens. Similiter nome Imaginis, ac nomen verbi, sunt propria nomina secundæ in Diui nis Personæ & non appropriata. Incomplexum verò nomen Sapientia non est proprium nomen Secundæ Personæ sed appropriatum: com plexum tamen, scilicet Sapientia genita, est ipsi soli proprium: qu Sapientia genitâ, Pater non potest dici Sapiens.

X.

X.

VErbum Diuinum non procedit ex cognitione Personarum Diuinarum; nec consequenter ex cognitione vllarum creaturarum osibilium siue futurarum: vnde cognitio Personarum Diuinarum ituitiua, ad proprias earum subsistentias terminata, non præsuppoitur ad verbi productionem; multominus cognitio creaturarum ctualium vel posibilium.

XI.

NOmen Spiritus Sancti, conuenit propriè tertiæ in Diuinis Personæ, accipiendo Spiritum Sanctum pro spirato, non pro spiri vt idē est quod immateriale. Nomē verò Amoris &Doni nonnisi apropriatè conuenit ipsi. Procedit autem immediatè à Patre & Fio, ita vt habeant se ad illum tanquam vnum principium & vnus pirator; sed tanquam duo Spirantes.

XII.

PRocesio Spiritus Sancti necessariò exigit esse à duobus suppositis, Patre scilicet & Filio; hæc tamen exigentia non est ex arte Spiritus Sancti, sed ex parte potentiarum, quatenus scilicet proesio Spiritus Sancti est à voluntate, quæ posterius agit quam inellectus, & quæ consequenter debet communicari Filio, antequam roducatur Spiritus Sanctus, anterioritate originis: vnde si per imosibile voluntas prius ageret quam intellectus, aut æquè primò, piritus Sanctus à solo Patre procederet; & tamen adhuc tunc ditingueretur à Filio realiter.

XIII.

XIII.

MIſsio temporalis Perſonæ Diuinæ, eſt operatio aliqua tempo ralis, per quam temporaliter apparet Perſona ad intra prod cta, vbi ante non apparebat: vnde mitti Perſonam, eſt Perſonam pr ductam apparere temporaliter, vbi ante non erat, eo modo quo dum mittitur: mittere verò, eſt concurrere effectiuè ad appariti nem talem, alterius Perſonæ miſſæ. Poro ſolum Filius & Spirit Sanctus mittuntur, et quidem quilibet à duabus Perſonis Diuini

XIV.

EſSentialia quæ ſunt communia tribus Perſonis, rectè prædicant in abſtracto in ſingulari de tribus Perſonis, & qualibet ipſarun non tamen in plurali, ita, vt rectè dixeris: Pater & Filius & Spi tus Sanctus ſunt Deitas, Sapientia, Potentia; Item, ſunt vnius D tatis, Sapientiæ, Potentiæ, Item vna eſt Perſonarum Deitas, Eſſe tia, Potentia; ſed non rectè: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ſu Deitates, Sapientiæ, Potentiæ &c. Eſſentialia autem in concreto d tribus Perſonis rectè prædicantur in numero ſingulari tantum: adi ctiuè verè etiam in plurali prædicari poſſunt, vt rectè dixeris, Tr Perſonæ ſunt DEVS, & ſimiliter quod ſint tres Perſonæ DIVIN

XV.

NOtionalia adiectiua non poſſunt prædicari de eſſentialibus in a ſtracto ſumptis: vnde non rectè dixeris, DEITAS eſt generan Spirans: Poſſunt tamen dici de eſſentialibus in concreto illo, quo in ſuo conceptu iuuoluit Perſonalitatem vel ſuppoſitalitatem, qu le eſt ly Deus notionalia autem ſubſtantiua, tam in abſtracto quan in concreto ſumpta, poſſunt ritè prædicari de eſſentialibus, tam i concreto quam in abſtracto ſumptis; ita vt rectè dixeris Deus & D itas eſt Paternitas, vel Filiatio, ſeu Pater & Filius.

XV

XVI.

PRoprietates Personales ex natura rei formaliter distinctæ, & a-
ctus Notionales, de se inuicem non prædicantur, sumendo ist
n abstracto; bene tamen in concreto. Vnde non rectè dixeris Pate
itas est Filiatio, Generatio est Spiratio actiua vel passiua; bené ta
men in concreto vt Pater generat, Pater & Filius spirat, vel Spira
or spirat.

Defendentur à Fratribus Minoribus Strictioris Obseruantiæ in Conuentu Cracouiensi ad Sanctum Casimirum Anno 1663. Mensis. Iunij. Die. 17. Horâ. 1ma post merid.





CRACOVIÆ *Apud Annam Teressiam Viduam* ANDREÆ PETRICOVII, *Sacræ Regiæ Maiestatis Typogr.*

